aut Imponendis
Seu impositis vel infligendis seu aliquo modo assidendis afferendis forisfaciendis seu adjudicandis aut aliquo modo ocasione premissorum nobis vel Haeredibus seu Successoribus nostris in ea parte qualitercunque Debitis sive Debendis quibuscunque petendum exigendum levandum capiendum colligendum recipiendum et obtinendum ac ad usum nostrum et Officij magni Admirall pro magna Brittannia predict pro Tempore existent custodiendum et Conservandum ac insuper recognitiones cautiones obligationes et stipulationes quascunque tam ad usum nostrum quam ad quarumcunque partium Instantiam pro conventionibus seu debitis ac alijs Causis quibuscunque capiendum easque executioni ponendum et exequi faciendum et mandandum Necnon naves personas Res bona Merces et mercimonia quaecunque pro premissis et eorum quolibet ac alijs Causis quibuscunque ea Concernentibus ubicunque Locorum per Dict provinciam et Territorium nostra de Maryland ac partes maritimas eorundem et eisdem adjacentes quascunque infra libertates et Francheses vel extra fuerint Inventa seu reperta aliique etiam pro alijs Conventionibus causis seu Debitis quibuscunque qualitercunque Contractis sive emergentibus dummodo bona seu persona Debitorum reperiantur infra Jurisdictionem nostram predict juxta Leges civiles et maritimas et Consuetudines ab antiquo usitatas realiter arrestand et arrestari faciend et mandand Ipsasque cum suis emergentibus dependentibus incidentibus annexis et connexis causis et negotiis quibuscunque una cum ceteris causis civilibus et maritimis aliisque querelis contractibus et alijs premissis omnibus et singulis quibuscunque superius respective expressis juxta leges et Consuetudines predict ac alijs vijs modis et medijs legitimis quibus melius scieris aut poteris audiendum examinandum discutiendum et fine debito Terminandum ac personas quascunque in ea parte prout Casus exiget Comparere et respondere cum cujuslibet coertionis temporalis alteriusque pena et multa potestate juxta Leges et Consuetudines predict compellend ac Justitiam faciend et ministrand etiam juris ordine servato seu velo levato sine strepitu et figura judicij sola facti et rei veritate inspecta procedendum Reosque et Contemptores ac juris seu jurisdictionis Admiralitatis nostrae predicta Violatores Usurpatores delinquentes et Contumaciter absentes naucleros marinarios Remiges piscatores naupegos et alios Operarios et expertos quoscunque res nauticas quascunque exercentes juxta Jura Statuta Leges Ordinationes et Consuetudines ab antiquo observata multandum

(Corrigendum)